Piscatorum est dicta domus · quam uerius ab illa ·
Aecclesiae uenator adest · qui cuncta paganis
Cinxit · et ad fidei collegit retia gentes.
Clauditur obscuro sensim sine lumine petrus
Carcere · nec possunt tenebrae caligine furua ·
Ecclesiae celare diem · commune ponentes
Supplicium timor ille facit · custodia petri ·
Publica poena fuit · proprii est pastor ouile
Seruato custode regit · quem ditat honore ·
Per dominum confessus amor · de nomine petri
Nomen petrus habens aeterna uocabula portat
Fundamenta gerens nunquam passura ruinam ;
Expectate uiris · cunctoque in tempore carus
Et ob tam petre ueni · simul omnibus ore ·
Quos stimulat nunc cura prior · in nocte profunda
Angelus astra ferens ergastula candidus intrat
Se comitante die · caeli ueniente ministro ·
Carceris umbra fugit · pulsae periere tenebrae ·
[illegible] radiante nouo color exulat atro